Philippus Coloniensis ecclesie archiepiscopus XLIV.+

Quadragesimus quartus successit eidem Reynaldo in pontifi-
cat. III. catu coloniensis cathedre sedens sub Frederico I. supradicto et filio eius-
dem [x] Heinrico VI. imperatoribus annis 20[25] Philippus prius maior
coloniensis decanus, predicti Frederici imperatoris cancellarius, na-
Caes. Heist. tione de Heynsbergh [y] oriundus, vir quidem Reynaldo antecessore [z]
suo non impar fama prudencia et probitate. Defuncto namque [a] in
Italia, sicut supradictum est, Reynaldo archiepiscopo coloniensi su-
pradicto [b] Fredericus imperator multum affectans eundem Philip-
pum ~~tunc~~ suum tunc cancellarium ad dignitatem coloniensis pon-
tificii promovere, scripsit epistolas suas imperiales mirabiliter favo-
rabiles ad Heinricum de [c] Alphem [d], Heinricum de Volmersteyn [e]
et Gerardum advocatum coloniensem et ad ministeriales ac [f] va-
sallos coloniensis ecclesie pro dicto Philippo suo cancellario [g] in
coloniensem archiepiscopum [h] promovendo. Quarum quidem lite-
rarum exemplaria apud nonnullos studiosos in scripturarum me-
moria usque in presens reservantur. Votis igitur imperatoris in hac
parte ad effectum perductis [i] dictus Philippus licet absens in colo-
niensem archiepiscopum electus in vigilia assumptionis [k] anni
sequentis accessit coloniam et anno tandem [l] relapso [m] in vigilia[26]
assumptionis [n] Heinricum VI. filium Frederici I. de voluntate ipsius
Frederici imperatoris Aquisgrani unxit in regem Romanorum. Huic
dipl. Fred. imp. Lacombl. I p. 331. Philippo coloniensi archiepiscopo ob probitatis et virtutum suarum
merita et successoribus [o] coloniensibus archiepiscopis imperator

[25] caesarius rectius 24 (1167–1191).

[26] Ann. max. 1168. 1169 ista in ipso festo assumptionis facta esse tradunt.

+ add. 2 in marg. manu paulo recentiori: Postquam Philippus episcopus coloniensis devicit Henricum ducem Saxonie Bavarie atque Westphalie et ab imperatore Frederico suscepisset ducatum Westphalie et Angarie: Post hec imperator Fredericus, sicut plures etc. ex Caes. Heist. usque ad ecclesiam suam sublimans. Pergit eadem manus: Hic etiam monasterium ad Machabeos instituit et reliquias eorundem sanctorum de ultramarinis partibus adductas illuc honorifice collocavit.

x) eiusdem deest 2. y) Heymsbergh 1. Heymsberch 2. z) antecessori 4.' 4.'' a) autem 1. b) Col. supr. deest 1. supr. deest 3. c) de deest 2. d) Alphen 4. 4.' 4.'' e) Volmesteyn 2. 3. f) et 3. g) cancell. suo 4. 4.' 4.'' h) episcopum 4. 4.' 4.'' i) productis 2. 4. 4.' 4.'' k) b. Marie add. 1. l) tandem anno 2. 4. m) elapso 4. in vigilia – elapso des. 4.' 4.'' n) Marie add. 4. 4.' 4.'' o) suis add. 3.